

Elias August Stryk    Johannes Wohlmuth

## **Disputatio Iuridica De Matrimonio Ex Ratione Status**

Kiloni: Reumannus, 1691

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn80700264X>

Druck    Freier  Zugang









*N. N. — 2 (100.)*



1. Mollenber de duobus testamentis simul validis
2. Caroc de investigando definiendoque statu causae forensis.
3. P. Müller de libris officialium. Anst. vng. ser.
4. Hartung de curatore ad litem.
5. Stryck de juramento purgatorio in causis civilibus.
6. Stryck de domicilii mutatione.
7. Radov. de subfeudis.
8. Binlow de jure detractionis et emigrationis.
9. Stryck de matrimonio ex ratione status.
10. Beckmann de lubrico aetatis.
11. Xirfeld de tituli invalidi convalidatione.
12. von Aowde. de praerogationibus.
13. Bolz de angustorino.
14. Charivius de dolo.
15. Charivius de culpa.
16. Willebrandt. de senatusconsulto macedoniano.
17. Ranger de masculorum conditionibus melioribus in jure.
18. Rahne de jure protinereos.
19. Ranger de concursu actionum.
20. Ranger de eo quod iustum est circa consilium.
21. Pauli de immunitate et foro philosophorum.
22. Radov. de furtis.
23. Büttner de torturis et tormentis.
24. Kraftt de concursu iudicii civilis et criminalis in causis ultimi supplicii
25. Meyer de iudicio in crimine magiae quoad torturam reprobatis et approbatis.
- 26a-2. Wegner de verborum significatione disput. 1-1X.
27. Cleemann de reciproca cohaerendum substitutione
28. Eichrod de rei iudicatae.
29. Winck de revocanda divisione hereditaria.
30. Reinhardt. de successione fisci.
31. Banja de usuris ultra alterum tantum.
32. Schroeter de commodo vel incommodo ex alterius persona accidente, quod ex sua non habuisset.
33. Schroeter de reformatione iuris civilis circa causas matrimoniales a Romano pontifice per ius canonicum perverse tentata.
34. Streit de actione quae ex mala munere administratione competit.



35. Gribner de fidejussore mulieris apud Sacones sine curatore contractantis.
36. Bedmann de patria potestate.
37. M. Graf de jure protutorum.
38. Klinger de dote.
39. Werner de jure emphyteutico.
40. Streit de repudio et divortio.
41. G. Engelbrecht de successione ab intestato et honorum possessione.
42. J. L. D. Böhmer de filio vassalli successore in feudum.
43. de Khevenhüller ab Aichelberg de eligendo Romanorum rege.
- 43<sup>b</sup>. de Bellmont de academia Erfurtana.
44. Spencela de foro ac privilegiis practicantium in camera imperiali.
45. Kestner de jure humaniore Codicis.
46. Schroeter de relaxatione juramentorum.
47. Schroeter de probatione per testes et praesumptiones itemque juramentis judiciali et necessario in processu executivo locum habente.
48. Brückner de favore ultimarum voluntatum.
49. Schroeter de principum rescriptis eorumque uoce moderno.
50. Sahne de jure numeri septenarii Non. Quasi Jur. / inbunden Zass.
51. Wolpmann de eo quod justum est circa contractus noviter introductos.
52. Scherbaum de pariete communi e jusdemque jure.
53. Schmid de denunciatione e suggestu.
54. Schulz de eo quod justum est circa parochianos.
55. Ludovici de eo quod justum est circa campanas.
56. Streit de quatuor quartis.
57. Mafros de impensis in rem alienam a b. et m. f. possessore factis.
58. Schott. de uxore desertivae dote sua esse regula quidem, non tamen semper privanda.
59. Bauer formulam, qua pecunia dotatitium serviens vidua mortua in feudum ad filios reverti jubetur fideicommissum non inferre.
60. Riccio de conventionione obligationis debitoris ad carcerem in omni ora debiti.



Q. D. B. V.  
DISPUTATIO JURIDICA

DE

# MATRIMONIO

EX RATIONE STATUS,

QUAM

IN ILLUSTRIS

CHRISTIAN-ALBERTINA,

PRÆSIDE

DN. ELIA AUGUSTO STRYKIO,

J. U. D. & P. P.

IN AUDITORIO MAJORI,

AD D. XXVII. MAJI, MDCXCI.

PUBLICÆ DISQUISITIONI SUBMITTIT

JOHANNES WOHLMUTH,

A. & R.

---

KILONI,

Typis Joachimi Reumanni, Acad. Typogr.



19

DISPUTATIO JURIDICA

DE

MATRIMONIO

EX RATIONE STATUS

QUAE

IN ILLUSTRI

CHRISTIAN-A-LBERTINA

PRÆSIDI

DN. BNA AUGUSTO STRYKIO

F. U. D. & P. P.

IN AUDITORIO MAJORE

AD D. LINE. NAT. MDCCL.

RECTOR. DIRECTORIUM SUBSTITIT

JOHANNES WOHLMUTH

A. & R.

KILONIA

Typis Johannis Riemannii, Act. Typogr.





B. C. D.  
CAPUT I.

De Matrimonio ex Ratione status

in genere.

Summaria.

<b>R</b> atio status non novum inven- tum est.	1. sq.	An valeat pactum, ut filii sequan- tur religionem patris, filie matris?	39. sq.
Quando potissimum innotuerit?	4. sq.	De matrimonio in gradu prohibi- to contracto.	42. sq.
Quid hic veniat nomine Rationis status?	7. sq.	An Princeps opus habeat dispen- satione?	46. sq.
Quotuplex sit Ratio status?	9. sq.	An dispensari possit circa probi- bitiones juris divini?	47. sq.
Ratio status attendenda in matri- monii contrahendis.	13. sq.	Utrum Levit. 18. persone tantum prohibita, an etiam gradus?	54. sq.
Cur solemnitates nuptiales intro- ducta?	17. sq.	An liceat uxorem ducere? re- miss.	58.
An benedictio Sacerdotalis omitti possit?	19. sq.	Qualis uxor ducenda? remiss.	59.
An statim post pubertatem conce- dendum sit matrimonium?	25. sq.	Quid hic intelligatur per matrimo- nium ex ratione status?	61. sq.
An Senibus?	31. sq.	An ex amore ducenda sit uxor?	64.
An pauperibus?	34. sq.	remiss.	65.
De matrimonio personarum diver- se religionis.	37. sq.	Methodus disputationis	65.

**R**ationem status non nostro demum ævo adin-  
ventam, sed jam ab antiquissimis inde temporibus & cognitam  
& adhibitam fuisse, nemo forsan ibit inficias. Siquidem nul-  
la unquam extitit Resp., nulla hominum conditio, quam penes ea non  
fuerit in usu frequentissimo. Vid. prolixè hac de re disserens, va-  
riæque tam ex Sacris, quam ex profanis historiis exempla recensens Dn.

A

à Jena



- 3 à Jena de Rat. stat. disp. 2. concl. 2. & sequ. Illud quidem facile largiemur, terminum Rationis status recentiore esse, nec Italos, quos  
 3 communiter ejus autores jactant, gloriâ illâ defraudabimus; negare tamen hæud possumus, quod & in iis, qui à Tacito nobis relictî sunt, libris jam incunabula ejus reperiantur, secundum ea, quæ tradit Dn.  
 4 Becmann. Polit. c. 3. S. 2. Quicquid autem horum sit, certum sanè est, à Machiavelli præprimis temporibus hæc vocem magis magisque increbuisse, sed iniquiori sorte, quàm par erat, significatu, dum sui cotinodi causâ DEum negligere, religionem obtentui sumere, Sacra turbare, aliud clausum in pectore, aliud in lingua promptum tenere, pueros nucibus, ut ait Salsst. in bell. Catil. viros juramenti fallere, &c. ex ratione status ita fieri dicitur. Unde etiam omni præcul dubio factum est, quod Politicorum nonnulli, quos longâ serie exhibet Dn. à Jena d. tr. diff. 3. abominandam planè ejus fabricaverint definitionem: Ex quibus unum instar omnium adduco, Trajanum Boccalini, qui in Politischen Probierestein cent. 3. relat. 42. Rationem Status jus quoddam dicit, Principum utilitati inserviens, sed divinis  
 6 humanisque legibus contrarium. Sed in hæc spuriam, & uti Pius V. Pontifex eam appellare solitus fuit, diaboli Rationem status rectè invenchitur Hipp. à Lap. de Rat. stat. Prolog. sect. 4. Quâ, inquit, fronte, rationem appellabimus, quod contra omnem rationem est, nec rectæ rationis dictamen sequitur, sed è diametro illi repugnat? Quâ fronte rationem status, quod statum Reip. non conservat, sed perturbat, convellit, & ad ruinam protrahit?
- 7 Nobis ergò, monstrôsâ isthac definitione ad orbem relegatâ, vera ac genuina status ratio ea dicitur prudentia, quæ postquam aliquid in thesi non iniquum apprehendit, mox in circumstantias ejus, utrum expediat nec ne, inquit, ac illud, quod statui suo magis proficuum, eligit. Vid. Dn. Schilt. manud. Phil. moral. ad Jurispr. c. 2. S. 56. in fin. Universalia enim juris principia singulis actionibus nostris applicata, rationes fiunt, cur illo vel isto modo se habeant, formatumque inde nomen rationis status, tanquam ex qua & per quam res nostras ita instituimus, ut illi tanquam causæ & fonti hos, ceurivulos quosdam & effectus, transcribamus. Dn. Becmann. Polit. diff. 3. S. 1. & 2. Quamvis autem, hodierno usu, rationis status nomen speciale



speciale aliquod jus & secretiorem quandam politicam partem denotet; Hipp. à Lap. d. l. sect. 2. Id tamen per eminentiam quandam tantum fit, nec impedit, quo minus, cum status alius sit publicus, alius privatus, §. fin. 7. de Just. & Jur. etiam ratio Status alia publica, alia privata dici possit. Publica quidem, quæ totius Reip. utilitatem spectat; Privata verò, quæ singulorum ac privatorum commodum concernit, & quæ privati callidè & cautè non sine fructu uti solent. Quicquid enim, ait Dn. à Jena d. l. concl. 1. fecerunt homines ante nos, quicquid in præsentiarum faciunt, & quicquid post fata nostra facient, aut omiserunt, aut omittunt, aut omittent, illud vel ex privati vel publici status ratione manavit, & imposterum non parèe fuet. Atq; hoc sensu nulla in toto terrarum orbe hominum inveniatur conditio, quæ non specialem aliquam rationem status observet, ac secundum hanc normam actiones suas dirigat.

Quæ ipsa status ratio, uti in omnibus aliis actionibus, ita vel maxime in matrimoniis contrahendis est observanda, Dn. Müller, præsid. dom. illustr. c. 4. pos. 3. Anceps enim, sapienter ait Paul. Cyprius, in connubio est via, quarum altera ad miseriam ducit, altera ad felicitatem. Deliberandum ergò sollicitè, antequam nos in viam demus, an nostri status rationi conveniat ejusmodi matrimonium nec ne: Siquidem semel tantum hic peccare licet, ac, si male ceciderit alea, nullà id unquam corrigi potest arte. Vulgatum equidem proverbium fatalia prædicat connubia, sed ne id eveniat, omni ope præcavendum est contrahentibus, & ne inde damnum capiat Resp. allaborandum est Magistratui; quorsum forte referendæ illæ ad initiandam hanc cohabitationem moribus ferè omnium gentium requisitæ solennitates: qualis apud Romanos erat deductio in domum l. 22. C. de nups. & hodie festivitatem nuptialem præcedens publica ex suggestu proclamatio, & dein ipso nuptiarum die in Ecclesia subsequens sacerdotalis benedictio. Quamvis enim ad matrimonii essentiam ejusmodi solennitates nihil faciant, Mev. p. 2. d. 18. Dn. Struv. Synt. jur. civ. Ex. 29. §. 26. Ratio tamen status postulat, ut hæc minime omittantur. Publicè enim interest, scire quinam quibuscum coeant; & evitantur hæc ratione clandestinæ scortationes, quæ aliàs sub prætextu matrimonii fieri possent. Atque hinc procul dubio ortum, quod in Belgio illi, qui religioni Reformatæ non addicti, nomina sua nuptias contracturi apud magistratum profiteri teneantur.



22 neantur. Volunt quidem nonnulli, posse quandoque ex ratione sta-  
 tus benedictionem sacerdotalem omitti, eamque in rem adducunt au-  
 ctorem *der Lebens-Beschreibung der Könige in Frankreich* nec  
 non versionem Germanicam vitæ Henrici IV. Regis Galliarum, ubi re-  
 fertur, Regem, cum ipsius soror Catharina desponsata Henrico Duci  
 Barrensi Caroli II. Lotharingarum Ducis filio primogenito, ei tanquam  
 reformatæ religioni addicta nisi à reformato jungi nollet, hic verò hoc  
 citra injuriam religionis suæ, scilicet Catholicæ, extra Ecclesiam suam  
 fieri posse negaret, prehensâ manu sororis eam in præsentia ministro-  
 rum citra omnem solennitatem Duci tradidisse in matrimonium, ac  
 quo satisfaceret interlocutionibus præsentis Archi-Episcopi, addidisse,  
 Regis conclave locum procul dubio sacrum esse, Regisque præsentiam  
 23 supplere omnem defectum intermissarum solennitatum. Sed valde  
 vereor, interpretem hunc Germanum mentem scriptoris Galli affecu-  
 tum esse, inspicienti liquidem textum Gallicum apparebit, non bene-  
 dictionem sacerdotalem fuisse omissam, sed tantum eam non factam  
 24 fuisse in Ecclesia. Ita enim Dn. de Perefixe *dans l'histoire du Roy Hen-  
 ry le grand p. m. 275.* de hoc casu loquitur: Il y eut de la difficulté  
 pour le lieu & pour la ceremonie de la celebration de ce mariage.  
 Le Duc vouloit, qu' il se fist à l' Eglise, & la fiancée, qu' il se fist au  
 presche. Le Roy trouva un milieu: Il le fist faire dans son cabinet,  
 où il amena sa sœur par la main, & ordonna à son frere, qui estoit  
 Archevesque de Roüen, il y avoit environ deux ans, de les marier.  
 Ce nouvel Archevesque en fit du commencement quelque refus, alle-  
 guant les Canons, qui le defendoient; mais le Roy lui presenta, que  
 son cabinet estoit un lieu sacré, & que la presence suppleoit au defaut  
 de toutes solennités. Apres quoy le pauvre Archevesque n' eut pas  
 la force de resister.

25 Sed nec indistinctè cuius matrimonium contrahendi facultatem  
 26 concedendam esse ratio status suadet; Quosdam enim ætas vel alius  
 aliquis defectus parum judicat idoneos. Jus civile quidem puberes &  
 viripotentes ad matrimonium admittit, *pr. 7. de nupt. § l. 4. ff. de  
 rit. nupt.* Vix tamen ejusmodi matrimonium ante permittet magi-  
 stratus, quàm alendæ familiæ sufficiant. Vid. Carpz. *Jurispr. Consist.*  
 t. 2. d. 12. respiciens majores nostros, qui teste Cætare l. 6. *bell. Gall.*  
 intra



intra annum 20. foeminae notitiam habuisse in turpissimis habebant rebus. Et hinc cum grano salis intelligendas esse LL. civiles, nec licentia Justiniani abutendum, rectè monet Arnif. *de jur. connub. c. 2. sect. 3. n. 4.* Justinianus enim post annum 12. foeminas, aut mares post annum 14. matrimonium, si res ferat, contrahere non prohibet, sed nec jubet, nec suadet. Alberic. *Gent. l. 5. de nupt. cap. 2.* CarpZ. *de jur. fam. singul. dec. 1. pos. 1. n. 14.* Decantatum quidem illud proverbium: *Sung gefrenet/ bat niemand gereuet/* instar legis ubiq; ferè hodie circumfertur, tanti tamen non est, ut nos in contrariam sententiam deducere possit. Lepidè enim huic objectioni respondet Arnif. *d. l. n. 21.* dum hoc perinde esse, dicit, ut parasitus Plautinus, qui ante auroram juris hesterni repotia poscebat, & pro excusatione, cum alter diceret, nimis parum esse de die, addebat: Quod tute mane agere occipias, totum procedit diem. Etiam mane surgere neminem ad poenitentiam deduxit; nimis tamen mane ante peractam concoctionem surgere deduxit homines ad naufragium valetudinis.

Similiter ad quem usque annum matrimonium contrahere liceat, nulla lege definitum, ut proinde omnibus, etiam provecioris ætatis hominibus, illud concedendum. Quamvis enim olim lex Papia Poppæa hanc facultatem certis annis circumscripserit; Sustulit tamen illud legis Papie caput jam tum Imperator Claudius, Sueton. *in Claud. c. 23.* & cum ab aliis repositum esset, denuò id Imp. Justinianus antiquavit *l. 29. C. de nupt.* quin tamen ex Ratione status, cum principalis matrimonii finis ita non obtineatur, nec Resp. commodo illo, quod ex conjunctione maris & foeminae sperat, potiatur, omnibus modis dissuadendum sit, dubitandum non est. Vid. Resp. Dn. Theol. Witteberg. ap. Dn. Stryk. *in not. ad Brunnem. jus Eccl. l. 2. c. 17. §. 2. p. 660. sequ.*

Pari modo nec pauperes adeò facile ad matrimonium admittendos Ratio status suadet. Quamvis enim Deus præceperit matrimonium inire iis, qui peculiari continentia dono non sunt instructi; non tamen id præcepit simpliciter ac nudè, verùm vult omninò, ut quemadmodum omnia, ita & hoc negotium fiat justo tempore, loco commo- do, & inter personas sibi convenientes. Jam verò si Titius duceret Cajam, pauper pauperem, antequam facultatem familiam alendi nactus, sanè imprudenter ageret, & peccaret non modò contra regulas



las prudentiæ Oeconomicæ, sed & contra legem divinam, quippe  
cùm regulæ prudentiæ veræ nil nisi leges divinæ ac naturales sint. Vid.  
Dn. Schilt. *Phil. Jur. c. 6. §. 26.*

- 37 Aliquando eadem Ratio status iusta pronunciat ejusmodi  
matrimonia, quæ melius erat omitti: quemadmodum disuaderi  
solent matrimonia inter personas diversarum religionum. Vid.  
28 König *de Castib. conscient. tit. de stat. econom. cas. 3.* admittenda  
tamen ea, cùm per se diversitas religionis matrimonio non obstat,  
si ea ratio status exegerit; Ubi non inconueniens forsan erit  
39 quæstio; An valeat pactum illud non infrequens, ut filii patris, filia  
verò matris religionem sequantur, quam hæc adhibitâ distinctione  
40 resolvi posse existimant, an quis credat, religionem uxoris suæ in fun-  
damento salutis falsam & hæreticam esse, an verò heterodoxiam illam  
41 non tollere fundamentum salutis opinetur, ita ut hoc pactum procul  
dubio subsistat, illud verò turpe sit, nec obligatorium. Conf. Dn.  
Stryk. *not. ad Brunæm. Jus Eccles. l. 2. c. 17. §. 8. verb. cum hæretica.*
- 42 Eodem modo nonnunquam Ratio status talia matrimonia ap-  
43 probat, quæ antea prohibuerat. Novimus enim ultra illas matrimo-  
nii prohibitiones, quas Deus *Levit. 18.* consignari iussit, adhuc alias  
legibus civilibus esse introductas, præcipuè ut ita familiaræ, neces-  
situdines & affinitates latius producantur & dilatentur. Dn. Struv. *Synt.*  
44 *Jur. civ. Ex. 29. §. 48. in fin.* Sed his non attentis ratio status haud  
rarè, ut bona in familia maneat, ejusmodi matrimonia suadet, eaq;  
45 præviâ dispensatione, quæ à Principe petitur, Carpz. *Jurispr. Consist.*  
*l. 2. def. 110.* Dn. Schiltier *Instit. Jur. Canon. l. 2. tit. 10. §. 30.* Myler.  
46 ab Ehrenbach *de Princip. & Stat. Imp. c. 50. §. 8.* admittuntur. Ubi  
tamen notari velim (1) hanc dispensationem tantùm subditis necessa-  
riam esse, ipsi enim Principes cùm non adeò facile parem thori sociam  
invenire possint, nec ipsis ex quacunque familia uxorem ducere expe-  
diat, prohibitionibus illis humanis, quibus etiam superiores sunt, non  
tenentur. V. Carpz. *d. def. 110. n. 3. sequ.* Dn. Müller *præsid. dom.*  
47 *illust. c. 3. pos. 7.* Gerhard. *de conjug. §. 346.* (2) dispensationem il-  
lam se non extendere ad prohibitiones juris divini. Brunnem. *Jur. Ec-*  
*cles. l. 2. c. 16. §. 25.* Dn. Struv. *Jurispr. Rom. Germ. forens. l. 1. tit. 6.*  
48 *§. 17.* Carpz. *d. l. def. 109.* Myler. ab Ehrenb. *d. l. §. 7.* Equidem Ro-  
mano-Catholici etiam circa has prohibitiones Pontifici facultatem di-  
spensan-



spondendi concedunt, ita, ut eum, qui hoc negare ausus fuerit, anathe-  
 matis reum pronunciet Concilium Tridentinum *sess. 24. c. 3.* Vid.  
 Ddres. alleg. à Myler. ab Ehrenb. *Gamolog. c. 8. §. 4. & 5.* Ideoq; 42  
 frequentissima apud eos his in casibus inter personas illustres dispen-  
 satio, prout ex exemplis à Myler. ab Ehrenb. d. l. adductis patet; 50  
 eamque in rem imprimis notari meretur matrimonium moderni Por-  
 tugallia Regis Petri cum fratris sui Alphonfi VI. tum viventis uxore  
 Maria Francisca Isabella de Sabaudia Ducissa d' Aumale contractum,  
 cujus rationes potissimum reddiderunt, ne Regina dotem DCCM.  
 aureorum repetendi causam haberet, & ut prolem regni heredem  
 maturarent, quam ita citius extituram dicebant, quam si Principi alibi  
 de conjugate adhuc prospiceretur. Conf. Dn. Becmann. *Hist. orb. ter-  
 rar. p. 2. c. 2. §. 4.* Augustanae verò confessioni addicti Principes, qui  
 matrimoniales causas non amplius Pontificis arbitrio & decisioni ex-  
 ponunt, sed Consistoriis suis commiserunt, in his casibus, ut ut ratione  
 status vel maxime suadente, quicquam decernere sibi non sumunt. Ut ut 2  
 enim ratio status, quemadmodum rectè dicit Hipp. à Lap. *de Rat. stat.  
 pr. sect. 4.* omnibus aliis juribus præcellat, unico tamen juri divino ut  
 subjiciatur, æquissimum est. Sicuti & experientia docuit, quod hæc 3  
 connubia vix longævam Magnatum, eorumque stirpis successione  
 producerint. Vid. Carol. ab Hagen. *Jur. publ. l. 2. c. 18. n. 6.* Atq; 54  
 hæc prohibitio juris divini non personas tantum d. c. 18. *Levis.* enu-  
 meratas, sed & eas, quæ in simili gradu sibi invicem conjunctæ sunt,  
 concernit. Quamvis enim non ignorem, nonnullos hanc prohibitio- 55  
 nem ad personas enumeratas restringere, Vid. Grot. *de J. B. & P. l. 2.  
 c. 5. §. 14.* add. Responf. Dn. Jctorum Helmstad. apud Dn. Stryk. *in  
 not. ad Brunnem. Jus Eccl. l. 2. c. 16. p. 625.* Hanc tamen sententiam 56  
 meram Sophisticam & calumniam esse dicit Carpz. *prax. Crim. p. 2.  
 qu. 73. n. 22.* ut proinde tutior & verior sit sententia contraria, cum 57  
 in genere ibi prohibitum, ne quis ad carnem carnis suæ accedat, nul-  
 laque diversitatis ratio dari possit. Brunnem. *de Jur. Eccles. l. 2. c. 16.  
 §. 26.* Carpz. *jurispr. Consist. l. 2. def. 76. n. 4. & def. 96. n. 8.* Havé-  
 mann. *Gamolog. l. 2. tit. 5. pos. 6.*

Antequam autem ulterius progrediar, præjudicialis illa sese offert 8  
 quæstio, an etiam expediat uxorem ducere, cum hoc propter non  
 pauca, quæ inde oriuntur, incommoda dubium, vid. Tiraquell. *Leg. 15.*

*Connub.*



59 *Connub. gl. 1. p. 15. n. 32.* Cui jungenda venit altera, qualis ducenda  
 lit uxor; nam & hoc non extra omnem ambiguitatem positum, ut  
 patet ex versibus illis, quos refert Reinking *Biblisches Politey l. 3.*  
 60 *axiom. 17.* Sed cum hæc & talia ad aliam pertineant cathedram, ne  
 falcem in alienam immisisse videar messem, B.L. ad Politicos Doctores ab-  
 lego. Vid. interim Aaron Alex. Olizarov. *de polit. homin. societ. l. 1. cap. 5.*  
 61 Potius ad rem ipsam me converto, & ad ea matrimoniorum ge-  
 nera, quibus non mutuus amor, sed se ipsum conservandi stu-  
 62 dium, & ut uno verbo dicam, ratio status ansam dedit. Ita enim fert  
 seculum, & quod summus amicitiae gradus ac non corporum tantum,  
 sed etiam animorum imprimis conjunctio esse debebat matrimonium,  
 hodiè vix amplius ex amicitiae affectu aut morum concordia, sed ple-  
 63 rumque ex utilitate contrahitur. Quod enim apud Barclaj. *in Arge-  
 nid. libr. 3.* existimabat Meleander charissimum esse solere, qui utili-  
 tate præcipua potentiam alit, & affinitates ceteri pulcherrimas, quæ-  
 cunque regnum stabiliunt, id non tantum personæ illustres, sed &  
 64 privati ordinis sibi dictum esse hodie arbitrantur. Inde vulgatum il-  
 lud passim circumfertur: *Ein junger Mensch müsse nicht nach  
 affection heyrathen / quam materiam plenius excusit Cailliere vom  
 65 Glück vornehmer Herren cap. 14.* Versabor autem ita circa hoc  
 thèma, ut exhibitis cap. II. hujus matrimonii speciebus potissimis,  
 cap. III. de matrimonio ex ratione status prohibito aut restricto agam,  
 & demum cap. IV. an ex ratione status dissolvi possit matrimonium  
 differam.

## CAP. II.

*De Matrimonio ex Ratione status  
in specie.*

## Summaria.

<i>EX</i> ratione status contrahitur		De matrimonio inter personas in-
matrimonium ob divitias. num. 1.		equales. 19. sq.
Non tantum inter personas illu-		An tale matrimonium probandum? 21. sq.
stres,		An legitimum? 25. sq.
Sed etiam inter privatas.		An liberi inde nati legitimi sint et sucedant? 27. sq.
An valeat pactum, ut uxor dives ha-		An idem obtineat, si femina illu-
beat imperium in maritum pau-		stris nubat viro inferiori? 31. sq.
perem?		De



De matrimonio ad Morganaticam contracto.	n. 53.	Quod firmum etiam inter im- puberes.	53. sq.
An liberis ex hoc matrimonio na- tis relinquenda legitima?	57. sq.	Cautè tamen hic procedendum.	56. sq.
An consensus Imperatoris requira- tur ad hæc matrimonia?	40. sq.	De matrimonio pro obtinendo officio contracto.	60.
An liberi succedant in defectu aliorum?	41. sq.	An valeat consuetudo, quod quis Pastoris de sancti filiam duce- re teneatur?	61. sq.
An pactum Morganaticum con- stante matrimonio mutari possit?	43. sq.	De matrimonio rei ad mortem condemnati cum puella inter- cedente.	66.
An in hoc matrimonio semper ma- nus sinistra porrigenda?	45. sq.	An femina talem condemnatum in maritum petenti annuendum?	67. sq.
An tale matrimonium contrahen- tes personæ semper debeant esse inequales?	48. sq.	De matrimonio à marito captivo cum alia contractio ad recupe- randam libertatem.	73. sq.
An semper illustres?	n. 49. sq.	An hic Princeps dispensare possit?	76. sq.
De matrimonio inter personas illustres ad stabiliendam pa- cem contracto.	51. sq.	De matrimonio Symbolico.	80. sq.
		Cur per procuratorem quandoq; contrahatur matrimonium?	83. sq.

**E** Narraturo itaque mihi matrimonia ex Ratione status contracta, x  
occurrunt primo obtutu illa, quæ propter divitias potissimum  
contrahi solent. Hæc enim familiis illustribus jam à longo tem- 2  
pore usitata fuisse novimus; siquidem matrimonia, teste Clapmar *de*  
*Arcan. Rerum publ. l. 4. c. 9.* sæpissimè via sunt, per quam transitus fit  
ad Imperium, ac pro commodissimis instrumentis Imperia regionesq;  
connectendi ac meliores fortunarum suarum faciendi accessiones æsti-  
mantur. Dn. Müller. *presid. dom. illustr. c. 3. pos. 5.* Myler, ab Eh-  
renbach *Gamolog. c. 4. S. 1.* Quam in rem quamvis innumera ferè ex- 3  
tent exempla, quorum varia recenset Myler. *d. l. S. 2. sq.* adducere  
lubet inclytam & augustissimam familiam Austriacam, quæ non nisi  
per matrimonia ad eam, in qua hodie conspicitur potentiam perve-  
nit, Comitatu Habsburgico, veteri Austriacorum patrimonio, novis  
semper incrementis nuptiarum felicitate accedentibus, Vid. Pont. Heu-  
ter. *de famil. Austr.* Quod cum augustissimæ hujus familiæ hostes in- 4  
vidis intueantur oculis, non temperare sibi potuit Charron scriptor  
Gallus, quin *dans l'histoire universelle p. 1066.* scurriliter de hac re  
scriberet: Les Princes de la famille d' Autriche sont parvenu à une  
B puissante



- puissante grandeur, non tant par les armes, que par mariages: dont un Allemand a pris occasion de dire, que leur puissance avoit este par eux acquise avec la lance de chair. Verum huic scite reponit Limn. ad Capitul. Carol. V. proem. voce *Erk. Herkog* / p. 66. modum acquirendi per matrimonium tanto esse innocentiorum & humaniorum illis modis, qui fiunt per lanceam ferro armatam, quanto amor violentia, & liberorum procreatio prastantior est hominum strage, Conf. Dn. Schueder *Introd. ad Jus publ. part. spec. sect. 2. c. 7. §. 6.*
- 6 Non tantum autem personis illustribus frequens hic contrahendi modus est, sed etiam privatis. Ea enim avi nostri conditio est, ut ad unum feret omnes non tam uxorem quam dotem querere videantur, & prima novis prociis de divitiis virginis soleat esse questio. Utrum autem consultum semper sit, divitias tantum in sponsa intueri, altioris indaginis est, cum haud raro uxores divitiis affluentes dominium prastendant, ac in divitiis suis, ut inquit Seneca *l. 2. de Clement. c. 6.* regnare velint: quapropter non extra oleas, uti dicunt, erit, in validitatem illius pacti, quo maritus uxori imperium concedit, *Das die Frau den Hut haben solle* / inquisivisse. Equidem non videtur hujusmodi pactum neque juri naturae contrariari, per ea quae habet, & late deducit Dn. Pufendorff. *de Jur. Nat. & Gent. l. 6. c. 1. §. 11. §. 9.* neque contra jus civile esse, cum inde uxores a maritis Dominas appellatas esse constet, vid. *L. 38. §. 4. L. 41. pr. ff. de Legat. 3. L. 19. §. 1. ff. de annuis legat. L. 40. §. 1. ff. de aur. & argent. legat.* & non tantum historiae testantur, fuisse integras gentes, ubi uxores viris suis imperarunt, de quibus Diod. Sicul. *l. 1. c. 27. l. 2. c. 45. l. 3. c. 53. & 1055. ap. Dn. Pufend. d. l. §. 9.* Sed & inter Christianos exempla adsunt in personis illustribus, ubi vel cum marito uxor imperavit; Vid. condiciones matrimonii inter Philippum II. Hispan. Regem & Mariam Angliae Reginam ap. Thuan. *libr. 13. ad ann. 1553. & 1554.* item pactum inter Carolum Seniore Ducem Lotharingiae ejusque uxorem
- 11 apud Autorem *des Europäischen Herolds* / vel etiam sola uxor gubernaculis regni praetuit, pro ut de Maria Scotiae Regina refert Dn. Becmann. *Medit. polit. c. 6. §. 3.* eam Henrico Stuardo marito suo in publicis negotiis non nisi ministri loco usam, ac illum non regem, sed Reginae maritum appellari passam esse. Add. Thuan. *l. 20. ad ann. 12. 1558. & l. 37. ab init.* Verum enim vero non existimo divitias conferre



ferre dominium, aut efficere posse, ut viro pauperiori, secundum Pe-  
trarcham inequitare liceat, & potius ejusmodi pactum, contra bonos  
mores & adversantibus regulis juris ininitum, invalidum esse judico arg.  
*L. 14. §. 1. ff. solut. matrim.* Præterquam enim quod mores hodierni  
maritale hoc imperium passim approbarint, *Gudelin. de Jur. noviss.*  
*l. 1. c. 7.* certum est, illud Juri divino etiam consonum esse, *I. Timoth. 14*  
*2. v. 12.* Imò illud ipsum jus divinum in signum maledictionis uxo-  
rem imperio mariti subjecit, *Genes. 3. v. 16.* quem locum satis rigidè  
expressit interpres Germanus in *editione de anno 1493.* **Dat is / he**  
**skal over di heerschapen / di vaden the pinigen / ende the schlagen.**  
Nec officiant ea, quæ in contrarium modò adducebantur. Quicquid  
enim sit de jure naturæ, certè maledictio divina illicita ejusmodi pa-  
cta reddidit, & dominium illud, quod in legibus Romanis uxori tri-  
butum legitur, ut taceam, verba talia ex civilitate prolata, nullum jus  
tribuere, ultra eorum, pensum & solum meritò extendi non debet.  
*Gail. l. 2. obs. 144. n. 3.* *Gisebert. Justinian. Harmon. ad §. 2. J. de Injur.*  
*n. 126.* Exempla verò allata, quæ maximam partem à barbaris de-  
sumpta, quod attinet, vulgatum hic obtinebit, non exemplis judi-  
candum esse, sed legibus *l. 13. C. de sentent. & interloc. omn. Judic.* &  
deinde à personis illis illustribus ad alios valida haud duci poterit con-  
sequentia, cum Principibus propter salutem publicam haud rarò aliquid  
soleat indulgeri, *Conf. Dn. Pufendorff Element. Jurispr. Univers. l. 2.*  
*obs. 5. §. 9.* præsertim cum juxta Tacitum, omne magnum exemplum  
aliquid ex iniquo habeat, quod erga singulos utilitate publica repen-  
ditur. Interim tamen testatur experientia dominium nonnunquam  
ab uxoribus vel vi, vel clam, vel precariò, quæ vitia possessionis sunt,  
*§. 6. 7. de interditt.* occupari, ut forsitan non absque ratione optaverit  
*Schuppianus im Regenten Spiegel c. 11.* **Das in manchem Lande des**  
**Ahasveri Königlich Ausschreiben renoviret wurde / der gebote / das**  
**ein ieglicher Mann der Oberherr in seinem Hause wäre.** *Esther*  
*2. v. 19.*

Commendatur autem in matrimoniis contrahendis æqualitas.  
Nam inæqualia matrimonia & privatorum fortunis valde obsunt,  
*Dn. Muller præsid. dom. illustr. c. 4. pos. 3.* & illustribus personis ferè  
indigna habentur & ignominiola. *Myler. ab Ehrenb. Gamolog. c. 5. §.*  
*2. §. 19. Betsl. de pat. famil. illustr. 6.* Hinc ut taceam, quod Rabbi  
Salomon



- Salomon Jarchi referente Haveman. *Gamolog. l. I. tit. 4. pos. 8. n. 3.* fabuletur, ob matrimonium inæqualium ortum esse diluvium, apud moratiores gentes talia matrimonia non permilla fuisse leguntur, quemadmodum apud Romanos non tantum legibus XII. tabularum, notante Halicarnasseo, cautum erat, ne patriciis cum plebejis essent connubia, sed & id ipsum præcipuum legis Julæ de maritandis ordinibus fuisse caput, constat ex *l. 44. §. 1. ff. de rit. nupt.* idemque apud veteres Saxones, Danos & Anglos obtinuisse refert Myler. *d. c. 5. §.*
2150. ex pluribus ibi citatis. Verùm si Ratio status in conservatione familiæ se fundans, talia matrimonia exposcat, non video cur illa tantopere improbanda veniant; Sanè si Princeps angustia rei familiaris, belli ac temporis injuria aut gravi ære alieno pressus, vel apanagiatus, cui tenuis constituta provisio alimentaria, in tale matrimonium, modò non penitus abjecta fuerit persona, inclinet, vix illud dissuadendum erit. Conf. Bets. *de pact. famil. illustr. c. 6. p. 161.* Myler. *d. c. 5. §.*
2216. & §. 47. ubi plurima hanc in rem allegat exempla. Mihi patrium recentuisse sufficiat, scilicet Stephani Regis Hungariæ, qui è regno ejectus Venetiis patricii cujusdam ditissimi, ex Maurocenorum familia, filiam uxorem duxit, ex eaque filium suscepit, qui postmodum avunculi locupletissimos nactus thesauros, eorum ope avitum tandem regnum post Ladislai mortem circa annum 1300. Andreæ III. nomine obtinuit. Bonfin. *rer. Hungar. decad. 2. l. 9.*
23. In aliis res hæc minus dubii habet, siquidem paritas & disparitas inter contrahentes matrimoniū consideratur non tantum ex nobilitate, sed & ex potentia, divitiis & honore, juxta *c. super eo X. de testib.* quæ omnia non copulativè requiruntur, sed una qualitas excedens in uno, defectum in alio absorbet, ut ita pares dicantur, Bald. *ad d. c. Alex. l. 6. Conf. 209. n.*
246. Myler. *d. c. 5. §. 55.* Unde & Venetos, satis alias, si non nimium, nobilitatem suam æstimantes, inæqualia matrimonia approbasse refert le Sieur de St. Disdier *dans la description de la Ville & Republique de Venise p. 3. pag. 315.* ubi dicit: Les loix de la Republique donnent moyen aux familles nobles incommodées, de se rétablir, & se relever de leur abaissement, en prenant des femmes, dont la qualité se trouve compensée par les grands biens, qu'elles peuvent avoir.
25. Non tamen existimandum est, propter hanc personarum contrahentium inæqualitatem quicquam legitimitati matrimoniū decedere, sed



sed illud perinde legitimum est, ac si personæ per omnia sibi æquales fuerint. Hinc est, quod non tantum plebeja nobili nupta hodie no. 26 bilitatis fiat particeps, arg. l. 8. ff. de Senator. l. 13. C. de dignit. Dn. Stryk. usu moderno ff. tit. de Senator. §. 7. sed & filia nobilis Principi aut Comiti juncta, pro qualitate mariti modò *der durchläuchtigen/ modò der hochgebornen* titulo gaudet. Myler. d. c. §. 12. Dn. Stryk. d. l. §. 6. imò & liberi ex tali matrimonio nati tam bonorum, quam dignitatis parentis ex asse fiunt hæredes. Besold. Conf. 88. qu. 2. Myler. d. l. §. 19. §. 61. ubi exempla habet, & revera nobiles sunt, quamvis si ex plebeja matre nati fuerint, nonnullarum dignitatum, quæ utriusq. lateris nobilitatem præsupponunt, *da sie vierfältig seyn oder beweisen müssen / daß sie von vier väterlichen und mütterlichen Ahnen geboren und hergetommen / non* sint capaces, Dn. Stryk. d. §. 7. quemadmodum olim observabatur in torneamentis, Besold. *ehesaur. pract. voc. Turnier §. voc. Ahnen / Limn. in addit. ad Jus publ. l. 6. c. 5.* (ubi tamen subjicit, Franconicam nobilitatem hoc limitasse in eo, qui ex necessitate uxorem civicam duxerit, modò ipsi 4000. florenos in dotem attulisset) & hodie id requiritur in Ecclesiis cathedralibus majoribus, *in denen hohen Fürstl Stiftern/ nec* non in collegiis Equitum Johanniticorum & Marianorum, Conf. Besold. d. l. voc. Ahnen. Schepliz. ad Consuet. Brandenburg. p. 1. tit. 1. n. 20. Myler. d. c. §. §. 39. §. 99.

Verùm hæc, quæ modò dixi de participatione & transmissione dignitatis mariti & parentis, nequaquam extendi volo ad illum casum, si foemina inferioris dignitatis marito nubat. Tunc enim nec maritus quicquam de uxoris dignitate, nisi vel statuto vel consuetudine aliud receptum, aut pactis dotalibus aliud constitutum, participat, arg. l. 13. C. de dignit. Myler. d. c. §. §. 29. §. 9. nec liberi ejusdem capaces sunt, utpote qui regulariter, quantum ad nobilitatem, honorem ac statum, conditionem patris sequuntur. l. 10. ff. de Senator. Dn. Stryk. d. tit. §. 2. §. 9. Myler. d. c. §. §. 33. Ipsa tamen uxor, ne matrimonium honestum ipsi in poenam vergat, sive summam sive inferiorem nobilitatem habeat, dignitatem sibi connatam, modò non penitus indigno nubat, retinet. l. 1. C. de dignit. quod & nostrorum temporum praxis comprobat. Myler. d. l. §. 24. Dn. Stryk. d. l. §. 10. §. 9.

B 3

Ex



- 35 Ex Ratione status porrò fluunt matrimonia ad Morganaticam, i. e. sub tali pacto inita, ne uxor aut liberi inde nati quicquam de dignitate mariti & parentis participent, & ut, certis ipſis pro proviſione alimentaria assignatis bonis contenti, à reliqua hæreditate abſtineant. Vid.
- 36 Myler, c. 6. §. 8. Dn. Rhet. *Inst. Jur. publ. l. 1. tit. 21. §. 11.* Havenman. *Gamolog. l. 3. tit. 3.* Originem habent ex moribus Longobardorum, quemadmodum patet ex 2. F. 29. & cum potiffimum conservationem familiæ & bonorum avitorum respiciant, ne numerosâ prole existente ea tot divisionibus cum decremento & tandem interitu familiæ subſciantur, pro injustis & illegitimis haberi nequeunt, sicuti justitiam eorum prolixè deducit Myler. d. c. 6. §. 22. sq. Dn. Link. *de matrimon. Leg. Salic. contr. ab.* Henr. Salmuth. *Resp. Jur. pro matrimon. Princip. cum virgine nobili.* Non tamen præcisè necessarium existimo, ut bona hujusmodi liberis assignata legitimam exæquent.
- 38 Dn. Rhet, d. tit. 21. §. 14. Dn. Schveder *de matrim. ad morganat. §. 20.* Etsi enim legitima liberis communiter jure naturæ deberi, nec ipſis sine justa causa adimi posse dicatur, quantitas tamen ejus juris positivi est, ut hinc sufficere dicat Myler. d. c. 6. §. 31. si filiis debita alimenta, filiabus verò dos constituatur congrua, cum hæc in locum legitimæ succedant. Mynſing. *Resp. 10. n. 43.*
- 39 Ut autem hujusmodi matrimonia moribus Imperii Romano-Germanici nõ adedò incognita, uti apparet ex exemplis adductis à Myler. d. c. 6. n. 12. sq. Dn. Rhet. d. tit. 21. §. 13. Salmuth. d. l. p. 76. & si adjecta pacta allodialia tantum concernant, etiam absque Imperatoris consensu arg. *Capit. Lepold. §. 39.* si verò feudalia, cum consensu Imperatoris contrahantur, Dn. Rhet. d. l. §. 15. Dn. Schveder d. l. §. 11. illud tamen nondum expeditum est, an pactum hoc morganaticum liberos ita natos à patris successione, existentibus aliis liberis tantum, an verò in universum arceat? Ubi licet alii inter successionem in bona feudalia & allodialia distinguant, considerandum puto, an hoc pactum ita conceptum, ut eos penitus & perpetuò à successione excludat, ut tunc nullo modo succedant, an verò excludat saltem, donec liberi alii superſites, ut, sic defunctis hiſce ad successionem admittantur. Dn. Struv. *Synt. Jur. Feud. c. 9. aphor. §. n. 9.* & ex eo Dn. Rhet. d. l. §. 16. Myler. d. l. §. 36.
- 43 Illud certum, posse hoc pactum constante matrimonio, cæteris paribus, non tantum pro parte mutari, scilicet ut plus assignatâ portione



tione liberis testamento relinqui possit, de quo Dn. Stryk. *Exam. Jur. feud. c. 7. qu. 5.* sed etiam in totum tolli, cum hi liberi cetera sint legitimi, & omnis succedendi vis intuitu eorum ex voluntate patris dependeat. Dn. Rhet. *d. l. §. 17.* Myler. *d. l. §. 37. sq.* Eamq; 44 in rem illustre exemplum extat in Domo Cellensi, ubi Serenissimus Dux Georgius Wilhelmus pactum illud morganaticum, quo Domini ab Olbreuze, filiam, Madame de Harbourg dictam, sibi primum copulaverat, in favorem filiae ex ea susceptae, cum principali dignitate decorata esset, consensu Impetatoris sustulit.

Quamvis autem hoc matrimonium germanicè appellari soleat 45  
*Jur linden Hand* / ad denotandam forsitan inaequalem conjugum dignitatem, indeque nonnulli sinistrae manus dationem pro essentiali hujus matrimonii requisito habeant; Verius tamen est, totam hujus ma- 46  
 trimonii vim non in manus sinistrae porrectione, quam non ubique observari testantur Myler. *c. 6. §. 17. in fin.* Dn. Link. *de matrim. leg. fals. contract. c. 3. n. 34.* sed in pacto morganatico consistere, sicut & 47  
 illud patescit ex eo, quod modernus Dux Guelpherbytanus Rudolphus Augustus ante annos non adeò multos, defuncta anno 1681. ipsius conjugae, foeminam ignobilem porrectam manu dextram ad morganaticam duxerit. Ceterum licet plerumque non nisi inter personas 48  
 inaequalis conditionis contrahi soleat hoc matrimonium, non tamen existimo, inaequales personas semper requiri, sed etiam posse illud etiam inter aequales, efflagitante illud Ratione status, salute forsitan liberorum prioris matrimonii, iniri, ubi sanè uxor, si ante nuptias in hoc pactum consenserit, non habet, cur se gravatam dicere possit, arg. *l. 29. C. de pact. L. 5. C. de Obl. & Act.* imò nec illud necessarium 49  
 duco, quod persona hoc modo contrahens sit illustris. Nam & à nobilibus hoc pacto matrimonia iniri testatur Dn. Stryk. *not. ad Brun- nem. Jus Eccles. l. 2. c. 16. §. 6. p. 588.* imò & à plebejis talia matrimonia usurpari finitima fidem facit Marchia Steinburgensis, die *Cremsper und Wistler March* / cujus incolis ea, existentibus jam tum ex uxore defuncta liberis, non insueta, qui uxores hoc pacto ductas appellare solent *Deuer Frauens* / quasi pro certa mercede, assignata scilicet illa portione, ad societatem conjugalem à marito conductas.

Referenda quoque huc matrimonia illa, quae ad stabiliendam eòq; 2  
 magis



magis & firmandam pacem à personis illustribus quandoque ineun-  
 52 tur. Siquidem politica hæc Principum matrimonia firmissima esse  
 solent instrumenta & vincula publicæ amicitiae, quibus stabiliantur  
 foedera antiqua aut contrahantur nova, vel parentur affinitates, vel  
 deleantur veteres inimicitiae, & pax ac tranquillitas corroboretur. My-  
 ler. c. 4. §. 17. Dn. Müller *præsid. dom. illustr. c. 3. pos. 6.* unde venustè  
 Frossardus dicit, magnorum Ducum bella comicos solere habere exi-  
 53 tus. In quo matrimonio id singulare, quod cum aliàs non nisi inter  
 puberes & consentientes matrimonium contrahi possit, l. 14. ff. de  
*Sponsal.* ita ut sponsalia impuberum non aliter valeant, quàm si pube-  
 54 res facti, ea rata habuerint; c. un. c. 30. qu. 2. c. 2. X. de despons. Im-  
 pub. c. un. Eod. in 6to. Brunnem. *Jur. Eccles. l. 2. c. 16. §. 11.* hîc ta-  
 men si ad confirmationem pacis à personis illustribus liberorum im-  
 puberum nomine sponsalia contrahantur, valida ea sint, ac postea ade-  
 ptâ pubertate à liberis rescindi non possint, d. c. 2. ibi. *pro bono pub-  
 lico X. de desponsat. Impub.* Dn. Rhet. d. tit. 21. §. 7. Myler. c. 4. §.  
 556. Atque huc apprimè pertinere arbitror, quæ apud Gramond. l. 1.  
*histor.* Reginam Galliae Principibus sanguinis dispositionem Ludovi-  
 vici XIII. adhuc impuberis cum Infante Hispanica improbantibus re-  
 spondisse legimus: Vetita inter impuberes matrimonia, aut supra le-  
 ges Autores legum positos. Nescis regna contrahere, ubi nuptiarum  
 foedere nectuntur Reges. Nescis in iis matrimoniis contractus causam  
 & effectus præcipua esse contrahentium affectus, aut vota, accessiones.  
 Minimè spectandos annos Regum, ubi populi salus versatur; Magna-  
 tes esse recens natos rationis capaces, ubi infantiam exuunt, se-  
 nes, h. e. plene sapientes, ubi primum adoleverint, distribuente quasi  
 per miraculum Deo præcociter heroicis animis, quod acquirunt viles  
 in tempore. Consona matrimonia sunt, si ætates, si merita, si Re-  
 gum nomen & stemma, si spectabuntur regna, si utriusque gentis glo-  
 56 ria & quies. Cautè tamen hic procedendum monent, ac pacem &  
 amicitiam ejusmodi intutam ac subdolan judicari, cum matrimoniis  
 his quamplurimè ad fraudem tantùm, & tanquam instrumentis fallendi,  
 quod Plinius pro moribus temporum prudentiam dixit, utantur,  
 57 Vid. Dn. Müller d. c. 3. pos. 6. Unde quandoque obtentui tantùm  
 sumitur matrimonium, ac filiae promittuntur illis, quos nunquam ge-  
 neros



neros nostros fieri volumus, Myler. c. 4. §. 20. cujus exemplum exhibent sacrae literae, 1. Sam. 18. v. 17. seq. ubi Saul Davidi desponderat filiam natu majorem Merob, non ex affectione aliqua, l. 61. pr. ff. de Obl. & Act. erga ipsum, sed ut eo citius per Philistaeos occideretur, tempore nuptiarum verò appropinquante eam alii elocabat. Et agnoscit hoc Pierre Matthieu in histor. Henr. IV. Galliarum Regis lib. 5. quando scribit: Il n'y a point trop de filles, en une maison souveraine; Les Princes s'en servent tuos jours pour faire leurs affaires: Le Duc de Bourgogne promettoit sa fille à tous ceux, qui vouloient faire la guerre au Roy Louys XI. & ne la donnoit à personne. Et paulo post: Les Princes en ce cas là ne donnent rien, pour rien: Les Princes promettent tout, & ne tiennent, que ce, qui ne prejudice à leur Etat. Ita etiam nota sterilitatis foeminae elocantur quandoq; illis, quorum posteritatem sobolis defectu extingui volumus, cujus exemplum ex Guicciardino affert Dn. Muller d. c. 3. pos. 6. Sicut nec exempla desunt eorum, qui medicaminibus uterum infecisse dicuntur, ut conceptioni ineptus redderetur, Forstner. ad Tacit. l. 14. Annal. c. 60. verb. exturbat. Oribasiam.

Sed jam, missis his, consideranda veniunt illa matrimonia, quae ad privatos solos pertinere videntur, atque ex illis ea, quae obtinendi alicujus officii gratia contrahuntur. Saepe enim neq; forma, neq; dos, sed promotio ad amandum invitat procos, additque filiabus vim planè magneticam seu epispasticam ad modum nasturtii hortensis vel Anemonis, uti loquitur Iling. de promot. honor. c. 3. Quae quamvis hodie in quocunque ferè hominum statu frequententur, usitatiora tamen ex his sunt, quando Candidati ministerii functionem quandam Ecclesiasticam ambientes Pastoris defuncti viduam aut filiam simul ambiunt, atque ita una cum sparta Martham adipiscuntur. Ita enim in quibusdam locis sive per statuta, sive per inveteratam consuetudinem invaluit, ut nemo ad officium Ecclesiasticum nisi sub conditione matrimonii admittatur. Qualem consuetudinem quidem summà ratione niti asserunt Stephan. de Jurisdic. l. 3. p. 1. c. 19. Spekhan cent. 3. class. 1. quest. 5. argumentis desumptis tam ex jure divino, quod Levitarum filias praemortuis parentibus jubebat ex eadem tribu maritis elocari, quàm ex jure Romano, quod defunctis militibus stipendiarium beneficium uxoribus deserebat; Vereor tamen cum Tabor. de 63

C

obli.



obligat. successor. in officio. c. 7. hæc argumenta, ad quæ & alia ibi  
prolixè respondet, propter disparitatem rationis concludere, &  
talem consuetudinem jure aut æquitate niti, ut taceam, Ecclesiæ  
ita pro dignis indignos obrudi, libertatem matrimoniorum tolli, ac  
64 tam patronis quàm paræcianis præjudicari. Add. Dn. Stryk. vol. 1.  
disp. 25. de Expectant. c. 3. num. 149. seq. Quoniam autem in nostro  
Ecclesiæ statu vix aliter viduis & liberis pastorum, præcipuè ruri, con-  
suli poterit, uti censet Brunnem. de Jur. Eccles. l. 1. c. 5. §. 16. tolerari  
hanc consuetudinem posse existimant, si vocatus ad ministerium sit  
habilis, Ecclesia in eum consentiat, & tam viduæ aut filiz defuncti pa-  
storis, quàm novo successori, liber ad contrahendum matrimonium  
relinquatur consensus. Carpz. Jurispr. Confist. l. 1. def. 42. & de Jur.  
femin. singul. dec. 1. pos. 9. Finkelth. de Jur. patron. c. 6. num. 39. modò,  
65 cum in favorem viduarum & filiarum Pastorum tantum toleretur, ad  
alias personas non extendatur, puta patroni ancillam, netricem, lotri-  
cem, &c. uti monet Brunnem. d. §. 16. in fin.

66 Huc etiam pertinere censeo illud matrimonium, quod reus ad  
mortem condemnatus cum femina, quæ pro ipso intercessit, contra-  
hit. Hic enim certum est, non ex amore id fieri, sed ut se liberet  
à morte, quæ aliàs ipsum certò manebat. Gloriantur enim feminae  
de hoc privilegio, quod ipsis reum ad mortem condemnatum sibi  
67 in maritum dari petentibus à Judice sit annuendum, suffultæ præsti-  
dio quorundam Doctorum, uti videre est apud Tiraquell. de pæn. tem-  
perand. caus. 56. Clar. Recept. sentent. l. 5. §. ult. quest. 98. num. 6. Boër.  
dec. 218. num. 20. qui utut nullam asserti sui afferant rationem, præ-  
ter eam, quæ in favore matrimonii consistit, & illam ridiculam, si  
persona intercedens luxuriosè, uti dicitur in l. 15. ff. pr. ff. de Curat.  
furios. vivat, quod majus sit supplicium, uxorem ducere meretricem,  
68 quàm feriri gladio, de consuetudine tali testantur. Sed ab his Do-  
ctores reliqui ferè omnes discedunt, & non gratificandum esse hoc  
in casu feminis statuunt, ne sub hac spe sceleratis hominibus detur  
ansa delinquendi, & quod favor matrimonii tantus non sit, ut nervos  
Reip. pœnas scilicet, tollere possit, cum publicè interfit, non facile  
remitti pœnam, ne ad maleficia temerè quisquam profiliat, l. 14.  
Cide pæn. l. 5. §. 1. ff. ad Leg. Aquil. Vid. Gomez, var. resol. tom. 3. c. 13.

114720



num. 37. Coler. p. 2. dec. 23. 8. num. 3. Theodoric. Colleg. Crimin. c. 10. apbor.  
7. lit. A. ibique allegati.

Ego, quemadmodum Judicis inferioris, in cujus voluntate poenae<sup>69</sup>  
persecutio non est, l. 1. §. 4. ff. ad Sc. Turpill. nullas hic agnosco partes  
cum Mev. p. 7. dec. 407. num. 4. Fab. l. 9. Cod. tit. 24. def. 8. Carpz. prax.  
crimin. p. 3. quest. 150. num. 49. seq. ita Principi Imperii, propter ipsi<sup>70</sup>  
competentem superioritatem territorialem, ex qua jus aggratiandi  
dependet, non ligatas esse existimo manus, quo minus precibus inter-  
cedentis aliquid dare, & delinquenti in favorem matrimonii gratiam  
facere possit. Carpz. d. p. 3. quest. 149. num. 53. §. de Jur. femin. sing. dec.  
ult. pos. 9. num. 10. Pingizer. quest. 8. num. 4. atque ita nihil singulare hic<sup>71</sup>  
in lexu feminino esse reor, cum & ad preces masculi puellam mortis  
ream in matrimonium petentis Princeps poenam remittere possit,  
prout à Jctis Jenensibus responsum esse testatur, Dn. Struv. Synt. Jur. 72  
civil. Ex. 49. §. 89. Quae omnia procedunt, modò poena mortis illo in  
casu non jure divino sit dictata; circa leges enim divinas tanquam se  
superiores dispensandi facultatem Princeps sibi non sumit. Carpz. d.  
p. 3. quest. 150. num. 29. Dn. Rhet. Inst. Jur. publ. l. 2. tit. 7. §. 8. Dn. Struv.  
Jurispr. Rom. Germ. forens. l. 3. tit. ult. §. 1.

Et hac occasione quoque mentio facienda illorum matrimonio<sup>73</sup>  
rum, quae à viris uxoris jam tum, sed captivis, pro obtinenda  
liberatione ex barbaro carcere inita legimus. His enim sola Ratio sta-  
tus, studium scilicet recuperandae libertatis, ansam dedisse expeditum  
est. Quam in rem praeter illud Comitum à Gleichen, qui seculo cir-<sup>74</sup>  
citer duodecimo feminam Saracenam priori uxori hoc modo super-  
induxerat, duo adhuc exempla, quae hoc seculo contingere, existant,  
alterum in Belgio apud Ant. Matthæi de Crimin. ad libr. 48. ff. tit. 3.  
c. 7. num. 8. alterum in Saxonia apud Bechmann. ad tit. ff. de rit. nupt.  
num. 6. Sanè quamvis tali matrimonio bigamico gladii poena in Im-<sup>75</sup>  
perio Romano dictata sit, Constit. Crim. art. 121. Carpz. prax. Crim.  
p. 2. quest. 66, quoniam tamen hic tales occurrunt circumstantiae, ut  
Matthæi d. l. haud malè facturum existimet Judicem, si hujusmodi ho-  
mine in Judicium adducto Areopagitas imitetur, accusatoremque &  
reum post centum annos redire jubeat, non immerito dispicitur, an  
hoc casu dispensationi locus?

Cujus questionis decisio non adeò difficilis est, modò sciamus,<sup>76</sup>



77 quo jure & sub qua poena bigamia sit prohibita. Notum enim est, hic Dd. in diversas abire sententias, aliis eam jure naturæ prohibitam esse affirmantibus, aliis non quidem juri naturæ, sed æquitati naturali & rectæ rationi eam adversari statuentibus, aliis eam legi divinæ positivæ universali contrariari existimantibus, aliis non quidem cum jure veteris testamenti, sed cum lege Christi, seu novi testamenti eam pugnare defendentibus, aliis denique eam non jure divino planè prohibitam esse, sed humano saltem interdici arbitrantibus. Vid. Dn. Thomas, *diss. de Crim. Bigam. §. 2. seq.*

78 Ego quidem huic liti, cum magno fervore hinc inde agitatae me non immittam, sed quæ mihi verior videatur sententia in conflictu exponam; interim tamen si vel maximè concedam, Jure divino prohibitam esse bigamiam, non tamen existimo, & poenam ejus jure divino, silente hac de re Sacra Scriptura fuisse capitalem, Dn. Rhet. *de misericord. intempest. cap. 10. num. 156.* Et proinde cum illa tantum juris humani sit *d. Const. Crim. art. 121.* concludo, sicuti Imperatoris Caroli V. & Statuum Imperii arbitrii fuit, eam sancire, ita non minus hodie permissum esse Principibus nostris hanc poenam vel generaliter mutare, vel hoc in casu, suadentibus illud circumstantiis vel mitigare vel penitus remittere, quemadmodum de hac potestate Principis in crimine furti, quod etiam jure divino prohibitum, sed cujus poena jure humano determinata, nemo dubitat. Conf. Resp. Dn. Jctor. Francofurt. apud Dn. Stryk *in not. ad Brunnem. Jus Eccles. l. 2. c. 16. §. 1. pag. 571.*

79 Tandem etiam, ut huic capiti finem imponam, refero huc matrimonia, uti dicuntur, symbolica, quæ scilicet à personis illustribus, per legatos ad hoc missos, qui jure Canonico Procuratores dicuntur, *c. 9. X. de procurat.* contrahi solent. Quod ipsum uti de Jure Romano jam tum in sponsalibus obtinebat, *l. fin. ff. de Sponsal. junct. l. 4. §. 1. l. 5. ff. Eod.* ita hodie tota die in consummatione matrimonii per benedictionem sacerdotalem inter personas illustres fieri consuevit, Dn. Herold *de Jur. Ratificat. part. poster. c. 3. sect. 1. num. 82.* & notissima sunt exempla, quando haud ita pridem tres natu minores Electoris Palatini, Philippi Wilhelmi, filia hoc modo per procuratores Regi Hispaniæ, Duci Parmensi, & Regis Polo-



nia filio Jacobo copulata sunt. Imò cum ad consummationem matrimo- 82  
 nii adhuc aliqui consensionem thalami requirant, ne aliquid perfecto  
 matrimonio desit, & hanc per procuratorem factam esse constat.  
 Ita enim jam præterito seculo legimus Maximilianum I. Imperato-  
 rem Annam Britannia Ducissam, postea à Carolo VIII. Gallia Re-  
 ge ipsi rursus ereptam, uxorem duxisse, ut scilicet Ducissâ, prout  
 nupta erat, solenniter lecto impositâ Legatus Maximiliani in præ-  
 sentia quamplurium nobilium, tibiam usque ad genu nudatam in-  
 ter lintea conjugalia imposuerit. Zouchæus de Jur. & Judic. fe-  
 cial. sive inter gentes, part. 2. sect. 4. quest. 23. Quas solennitates  
 omnes non nisi ex Ratione status adhiberi constat, ut nimirum con-  
 tractus hic matrimonialis firmiter niteretur obligatione, & pactio  
 non solum de sponsalibus, sed ipsa jam traditio facta appareret, Cy-  
 prius de Sponsal. c. 9. §. 14. seq. indeque si contingeret, unam ex 84  
 his personis desponsatis, antequam ad alteram perveniret, decede-  
 re, superstiti successio salva maneret, quæ hoc in calu denegari non  
 potest, cum matrimonium non tantum perfectum, sed etiam plenè  
 consummatum sit. Certum enim est, actum à procuratore gestum  
 eiusdem efficaciam esse, quàm si ab ipso principali gestus esset, c. 72.  
 de Reg. Jur. in 6.0, ibique Ddres.

### CAP. III.

## De Matrimonio ex Ratione status restricto aut prohibito.

### Summaria.

<b>Transitus.</b>	num.	An valeat pactum, ut unus tantum	
Ad matrimonium non tantum premiis sed & penis alletri sunt.	2. sq.	ex familia matrimonium con- trahat?	13. sq.
An possit prohiberi?	6. sq.	Quid si reliqui nihilominus uxo- res ducant?	16. sq.
De celibatu clericorum Catholi- corum.	9. sq.	De restrictione matrimonii, ne hanc personam in uxorem ducat.	18. sq.
De conditione, si non nupsit.	11.	De matrimonio cum exteris pro- hibito.	20. sq.
An valeat dispositio patris illu- stris, ut primigenitus solus uxorem ducat?	32.	C 3	De ma-



De matrimonio ad certam personam restricto.	22. sq.	An Principes Imperii teneantur in nuptiis adhibere consensum Imperatoris?	32.
De statuto opificum, ne quis extra opificum uxorem ducat.	24. sq.	An filia illustris ultima sue gentis nuptura opus habeat consensu Ordinum provincialium?	33. sq.
An valeat legatum uxoris sue?	26. sq.	De prohibitionibus matrimonii ex Jure Romano.	36. sq.
De matrimonio absque superioris consensu prohibito.	28. sq.		
Wedemunds-Rechts quid?	31.		

- H**Uc usque de matrimoniis ex Ratione status contractis, quantum ad presentem scopum facere videbantur; jam de matrimoniis ex Ratione status vel penitus prohibitis vel aliquo modo restrictis agendum. Equidem matrimonium, quod humano generi immortalitatem artificiosè conciliare videtur *Nov. 22. pr. & quo nihil in rebus humanis adeò venerandum est, Nov. 140. pr.* ampliori semper Principes quàm alia dignum judicarunt sollicitudine, *d. Nov. 22. pr. rati*, Imperium melius hominum adjectione, quàm pecuniarum copiâ posse ampliari, *L. 7. §. 3. ff. de bon. damnat.*
- Unde non tantum præmiis ad conjugium & liberorum procreationem invitatos passim legimus cives, quemadmodum de Romanis extant *L. 3. §. quamvis ff. de muner. & honor. l. 5. §. 2. ff. de Jur. immunit. l. 1. C. de Legation. l. 24. C. de Decurion. Arnif. de Jur. Conub. c. 1. sect. 5. n. 5. sq.* & de Hispania testatur Dn. Becman, *bisfor. orb. terrar. p. 2. c. 1. §. 4.* sed & si qui speretis his præmiis coelibatum amplexi essent, homicidii eos juxta mentem Imp. Augusti apud Dion. *bisfor. l. 56.* habitos esse reos, quod eos non procrearent, quos nasci ex iis conveniebat, & gravissimas in eos decretas esse pœnas testantur historiae. Vid. Dn. Pufendorff *de Jur. Nat. & Gent. l. 6. c. 1. §. 6. Gœdd. ad l. 128. ff. de verb. signif.* Quorum referendum Jus illud apud antiquos Germanos usitatum Misogamorum, *das Hagestolzen-Recht* /cujus vestigia adhuc in nonnullis Germaniæ provinciis superesse refert Schottel. *de singular. quibusd. in German. jur. cap. 1.*
- Imò ipsum Jus naturæ & Jus divinum *Genes. 1. v. 28.* hominibus obligationem quandam ad matrimonium indidisse videntur, ne eo omisso vel desineret animal nobilissimum, cujus causa reliqua essent facta, vel saltem per scelera & libidines excreceret in opprobrium divinæ institutionis.
- Hinc



Hinc dicendum fortan videri pollet, matrimonium ne quidem ex  
 6 Ratione status posse prohiberi, cum illam tanti non esse, ut Jus di-  
 vinum aut naturale tollere queat, superius *cap. I. n. 52.* sit assertum.  
 Verum enim verò præterquam quod allegatus Geneseos locus de sola  
 benedictione divina commodè accipi possit, cum Eichel. *tr. de Jur.*  
 7 *quo liber. & parent. sib. invic. sunt obstricti p. 1. §. 36.* si tamen vel  
 maximè præceptum divinum aut naturæ hic agnoscamus cum Carpz.  
*Jurispr. Confist. L. 2. def. 5. n. 7. Selden. de Jur. Nat. & gent. l. 5.*  
*c. 3.* illud affirmativum tantum esse, indefinitum & indeterminatum,  
 & quod non singulos necessario & quovis tempore obliget, certum  
 est, Dn. Pufendorff *d. c. 1. §. 7.* Unde & olim pœnas celibatus ab Im-  
 8 peratoribus Constantino, Constante & Constantio esse sublatas pa-  
 tet ex *l. 1. C. de infirm. pœn. celib. & hodie, si Ratio status id exigat,*  
 quoad certum quendam personarum ordinem matrimonium posse  
 prohiberi, vel potius restringi existimant. Ita enim qui tali  
 ordini nomen suum dant, non possunt queri de libertate matrimo-  
 nio ipsis ademptâ, quippe intuitu illius ordinis ipsi facultati contra-  
 hendi matrimonium renunciarunt.

Sic novimus apud Romano-Catholicos clericis matrimonium esse  
 9 prohibitum, quanquam id olim tantum ad Clericos majorum ordi-  
 num fuerit restrictum, *Auth. multo magis C. de Episc. & Cler. Nov.*  
*22. c. 42.* non tamen ex alia, quàm ex hac ratione, ne maritati prospecturi  
 uxoribus vel liberis suis bona Ecclesiastica diripiendi ansam sumerent  
 vid. Rittershus. *ad Novell. p. 1. c. 7. n. 24.* Accessit postea ra-  
 10 tio conservandi hoc modo splendorem familiarum illustrium, ut per  
 nullam aliam rationem familiarum illustrium favorem magis sibi pi-  
 gnerari putet Monzamb. *de Stat. Imp. Germ. c. 8, §. 9.* Ecclesiam  
 Romanam, quàm per hanc ipsam, dum, ut verba ejus sonant, ad be-  
 neficia Ecclesiastica promoventur, qui familiam vid. bantur gravaturi,  
 & ita divisio patrimonii prohibetur, splendor & opes familiarum me-  
 lius conservari possunt, quin & augeri, ad dignitates amplissimas pro-  
 fectis, queis aliàs domi cum paupertate fuerat luctandum.

Extra hunc respectum autem matrimonii prohibitio vix valebit. *xx*  
 Ita enim & Jure Romano legatum sub conditione, si non nupserit,  
 relictum, peti poterat, licet quis matrimonium contraxisset, *l. 22. l. 64.*  
*in fo.*



- in f. l. 72. §. 5. ff. de Condu. & demonstr. quamvis id postea ad primas nuptias sit restrictum, cum personæ viduæ tali conditione adjectâ, aut ea implenda aut à legato abstinendum esset, *Aurb. Cui reliquum C. de indict. viduit. & leg. Jul. Miscell. toll. Nov. 22. c. 43. vid. latissimè hæc deducentem Dn. Hartung diff. de conditione, si non nupsit.* At hodie etiam ejusmodi dispositionem patris illustris invalidam statuunt Ddres, ut primogenitus solus uxorem ducat, & reliqui in commodiorem familiæ sustentationem coelibes maneant, cum prohibitio matrimonii non sit legitimum Jus primogenituræ introducendi medium. Myler. *Gamol. c. 4. §. 38. sq. Dn. Rhet. Instit. Jur. publ. l. 1. tit. 21. §. 4.*
- 13 Aliud tamen est, si personæ illustres liberam hanc matrimonium contrahendi facultatem à se per mutuum pactum abdicent, quales fratrum illustrium conventiones & pacta, ut unus tantum ex familia uxorem ducat, ex Ratione status subsistere statuit Burgoldens. *ad Instr. Pac. Osmabr. p. 1. disc. 31. §. 10. & p. 3. disc. 16. §. 3.* Eamque in rem, sicut nihil jam de Elisabetha Angliæ, & Christina Sveciæ Regina dicam, quæ propriâ sponte coelibatum non nisi ex Ratione status matrimonio pratulerunt, de quibus Dn. Muller. *præsid. dom. illustr. c. 3. pos. 1.* adduci meretur exemplum Henrici & Ludovici, Ottonis Hassiæ Landgravii filiorum, quod ex Munster. *Cosmograph. c. 417.* recenset Myler. *d. c. 4. §. 37.* qui circa annum 1330. tale pactum inierunt, ut quem eorum Elisabetha Friderici Marchionis Misniæ filia elegisset maritum, is principatum cum uxore teneret, alter verò à principatu exclusus, privatam vitam in coelibatu viveret. Cui proximum est illud Wilhelmi Ducis Luneburgici filiorum, qui numero septem communi consensu constituerunt, ut uno solo uxorem ducente, quæ fors Georgio, hodiernorum Ducum lineæ Cellensis parenti, obigit, reliqui in coelibatu ætatem peragerent, de quâ Dn. Imhoff. *notit. S. R. Imp. Procer. l. 4. c. 4. §. 24.*
- 16 Quodsi verò Princeps hoc modo coelibatum amplexus, prout exempla habet Arnis. *Polit. l. 2. c. 2. sect. 8. n. 6.* consilium suum postea mutaret, ac uxorem duceret, matrimonium quidem illud non statim illegitimum pronunciarem; Sicuti enim sententia contra matrimonium lata non transit in rem judicatam, nec officit, c. 7. 10. &



II. x. de sentent. & re iudic. Gail. l. 1. obj. 112. n. 1. ita nec pactum tale tantæ efficacæ est, ut omnem libertatem contrahendi matrimonii adimat, & initum matrimonium illegitimum efficiat; Vid. Myler. d. c. 4. §. 37. sq. quoniam tamen simul successioni ita & regimini 17 provincæ renunciari solet, quod quilibet liberè facere potest arg. L. pen. C. de pact. Dn. Stryk. de Success. ab intest. diff. 8. c. 10. cum ad jura semel renunciata non æque detur regressus, familiâ illius, in cujus gratiam tale pactum initum, & cui per id jus quæsitum, superstite vix ad successionem admittetur. Conf. Dn. Rhet. diff. Jur. publ. 5. de Jur. portion. aliment. à princip. primogen. in dition. patern. sol. succed. ulteragen. German. morib. debis. c. 2. n. 45. sq. Arnis. d. l. ibiq. alleg.

Minus dubii res habet, si matrimonium non penitus prohibea-18 tur, sed certò tantummodo restringatur, e. g. ne hanc vel illam ducat, qualis restrictio jam tum de Jure Romano licita erat. L. 63. pr. L. 64. ff. de Condit. & demonstr. ejusque illustre exemplum est in regno Sveciæ, ubi legibus Regni cavetur, ne Rex uxorem ducat, nisi Augustanæ confessioni addictam, Vid. Dn. Becman. Histor. orb. terrar. p. 2. c. 6. §. 4. Et sanè nihil iniqui sub se continet ejusmodi prohibi-19 tio, nec enim cœlibatus indictus videtur, cum alii cuilibet satis commodè nubere possit. Conf. Myler. d. c. 4. §. 27. nec cum hac ipsa quidem persona matrimonium simpliciter quis prohibetur inire, sed hoc tantum efficitur, ut si eam duxerit, lucro, quod ipsum manebat, excidat. Gutierrez de matrim. c. 20. n. 5. & c. 21. n. 40. Atque hinc 20 ulterius deducunt Ddres, posse ex Ratione status libertatem matrimonii ita restringi, ne cum exteris contrahatur. Vid. Myler. d. l. c. 3. §. 3. Ita enim jam olim Græcos certâ lege sanxisse constat, ne civi peregrinam ducere, nec peregrinæ civi nubere liceret, quam legem postea Romani inter LL. duodecim tabularum retulerunt. Connan. Comment. Jur. civ. libr. 8. c. 4. n. 1. Similiter ex Sacris novimus filias Israël-21 tarum, eo casu, quo non exstantibus filiis ad hereditatem patris admittebantur, ne extra tribum nubere, prohibitas fuisse. Numer. 36. v. 6. add. Dn. Stryk. de success. ab intest. diff. 8. c. 11. §. 14. & pluribus ibi alleg. Casaubon. in Exerc. ad Annal. Baron. Exerc. I. §. 13.

Quod si ita concepiatur restrictio, ut vel certam personam, vel 22 ex certa familia quis uxorem ducat, quale exemplum Sacræ paginæ sub.

D

mini.



- ministrant in Isaac, filio suo Jacobo injungente, ut ex filiabus Labani uxorem sibi eligeret. *Genes. 28. v. 2.* Jura Romana eam approbant, & legatum sub hac conditione relictum valere statuunt, cum ita non adimatur facultas libera matrimonium contrahendi, sed determinativè tantum restringatur, & aliquis sub spe lucri ad matrimonium certæ personæ alliciatur, *l. 15. l. 71. §. 1. ff. de Condit. & demonstr. l. 1. C. de instit. & substit. Knipschild de fidei comm. famil. c. 6. n. 387. sq.* Larrea *23 p. 1. dec. 46. n. 2. sq.* Sed uti hæc de bonis allodialibus facile unusquisque concedet, cum quoad illa legatario aut hæredi instituto, imò etiam filio, si legitimam exceperis, quodcunque onus imponi possit, si tamen bona fuerint feudalia, gentilitia, primigenituræ obnoxia, cum illa ex pacto primi acquirentis in successores transmittantur, nec possessoribus libera circa illa disponendi potestas competat, merito illa tale gravamen respuunt, ita ut si sub amissione horum bonorum matrimonium cum certa persona injunctum sit, impune illud recusari possit. Add. Myler. *d. c. 4. §. 24. sq.* Dn. Rhet. *l. 1. tit. 21. §. 3.*
- 24 Exempla matrimoniorum hoc modo restrictorum jam tum capite præcedenti quædam allata, quibus hoc capite addere placet statuta opificum, quibus cavetur, ne quis extra opificium uxorem ducat, sondern sie müssen in das Amt oder Handwerk freyen / Vid. *Be-sold thes. pract. voc. Handwerk.* Stephan. *de Juridict. l. 2. p. 2. c. 257. n. 45. sq.* Spekhan *cent. 3. cl. 1. qu. 5.* quæ quidem restrictio potissimum ex ea ratione introducta videtur, ut opificia rectius in sua integritate conserventur, Zahn. *Lebnograph. Jur. municip. c. 38. n. 11.* cum tamen ad varios abusus sæpe trahi soleat, non facile ea admit-tenda, nisi tale statutum à superiore confirmatum, & personæ ejusmodi in collegio adsint, quæ eo tempore in uxores duci commodè possint. Vid. latè Mev. *ad Jus Lubec l. 4. tit. 13. art. 3. n. 40. in ad-dit.* Dn. Fritsch. *de Colleg. Opif. c. 5. v. 15. sq.*
- 26 His subnectendus casus, quem refert Demosthenes *Orat. in Apho-bum*, ubi scilicet Demosthenes pater moribundus filiam accersitis testi-bus Demophonti cum duobus talentis nomine dotis, & uxorem suam cum dote octoginta minarum Aphobo desponderat; quæritur hinc, an *27* ita ex dispositione conjugis superstes nubere teneatur? Et sanè si partes consentiant, dispositio hæc illius roboris erit, ut exinde validè obli-



obligentur; si verò dissentiant, nulla obligationis vis dissentientem stringet, cum facto suo libertati matrimoniorum non præjudicare potuerit conjugum alter, & inter invitos matrimonium non contrahatur. *l. 22. ff. de Rit. nupt. add. Dn. Stryk vol. 1. diff. 25. de Expectant. c. 3. n. 145. sq.*

Aliquando etiam liberæ quidem alicujus voluntati relinquitur, <sup>28</sup> quam sibi conjugem eligere velit, coarctatur tamen hæc facultas ita, ut subditis absque superioris arbitrato & concessione nuptias contrahere haud liceat, qualia statuta non adeo iniqua sunt, nec libertati matrimoniorum adversantur, cum libertas ex lege & ratione sit æstimanda, *Mev. ad jus Lubec. lib. 1. tit. 4. art. 4. n. 7.* Ratio verò status, dum ita publicæ salutis melius consulitur, vult, ut Principes conjugiorum à vasallis contrahendorum sint arbitri, *Myler. Gamol. c. 2. §. 6. 29* Ita in Gallia constitutum legimus, ne personæ illustres, & ne Regis quidem consanguinei, absque permissu Regis matrimonium contrahant. *Ærod. Rer. Judic. l. 4. tit. de nupt. c. 7.* Idem in Anglia & Scotia *Myler. d. l. §. 5.* ibique alleg. nec non in Regno Neapolitano & Sicilia ex constitutione Regis Caroli I. obtinet. *Freccia de subfeud. Baron. l. 2. differ. princ. 48. n. 22.* de cujus observantia hodierna tanto <sup>30</sup> minus dubitare debemus, quod Novellæ hebdomadariæ Romæ d. 10. Febr. h. a. attulerint, Vice-Regem Neapolitanum civitati Abruzzo ad Principem Palestinæ pertinenti militem imposuisse, quod hic irrequisito consensu Regio uxorem duxisset. In Imperio quoque Romano <sup>32</sup> Germanico multis in locis olim usitatum fuit, & adhuc alicubi obtinet, ut quis uxorem ducturus coram præfectis le sistat, & veniam consummandi matrimonii impetret certis verborum formulis & interventu pecuniæ in favorem matrimonii semper minuendæ & tandem remittendæ, quod vocatur *die Bedemund/ oder das Bedemunds Recht/* de quo *Schottel. de sing. quibusd. in German. Jur. c. I. §. 35.*

Quantum verò ad personas illustres, Status nimirum Imperii, <sup>31</sup> libera semper ab eo tempore, quo Principes, uti nunc sunt, fuerunt, habita sunt matrimonia, nec consensus aut Regis Germaniæ, veletiam Ordinum provincialium ad ea requisitus fuit, *Myler. Gamol. d. c. 2. §. 7. & de Princip. & Stat. Imp. c. 31. §. 3.* quamvis sæpius Cæsares & Germaniæ Reges contrarium prætenderint, *Dn. Rhet. Inst. Jur. publ.*



- 33 *publ. l. 1. tit. 21. §. 1.* Quod si tamen extincta stirpe masculinâ Principatus aut Comitatus ad filiam devolvatur, huic non adeo liberum erit ex sua sententia maritum querere, sed Ordinum provincialium consensus adhibendus erit, Myler. *Gamol. c. 5. §. 68. & de Stat. Imp. c. 24. §. 3.* cum quies & salus publica hoc efflagitet, & nefas foret, ut ea insano unius foeminae amoris prostituatur. Bets. *de pact. famil. illustr.*
- 34 *l. 4.* Unde optimè Arniseus *de Rep. l. 2. c. 2. sect. 7. n. 9.* Licet, inquit, vota matrimonii debeant esse libera: tamen si quâ accidat, ut filia hæres regni relinquatur, non est in ejus temeritate ponenda salus totius Reip. ut in quem ferat vel cæcus amor, vel libidinosus impetus, eum populo invito Principem imponendi potestatem habeat.
- 35 Ita enim non penitus adimitur libertas matrimonii, sed tantum certo modo restringitur & qualificatur, quemadmodum jam tum de Jure Romano valebat conditio, si cum consensu & arbitrato Titii nupsit, prout latè deducit, & contrariis respondet Myler. *Gamol. c. 4. §. 30. sq.*
- 36 Tandem colophonis loco monendum duxi, reperiri etiam in Jure Romano nonnullos adhuc casus, ubi non nisi ex Ratione status matrimonia leguntur interdicta: Ita prohibebatur matrimonium præsidis cum provinciali *L. 38. L. 57. ff. de Rit. nupt.* non adeo quod metus esset, ne ob maximam præsidis auctoritatem provinciales ad consentiendum cogerentur, sed ne his affinitatibus suffulti præsidis, aliquid contra incolumitatem Imperii Romani tentare auderent. Similia exempla occurrunt de prohibito matrimonio inter Senatorem & libertam. *L. 44. §. 2. ff. de Rit. nupt.* inter tutorem & pupillam *L. 36. ff. eod.* quæ remissivè tantum recensuisse sufficiat, cum nullus eorum hodie supersit usus. Vid. Dres *ad dd. LL.*

## CAP. IV.

De Matrimonii ex Ratione status  
dissolutione.

## Summaria.

- DE licentia divertendi apud Romanos. num. 1.
- DE illa possit dissolvi? n. 2. sq.
- DE An matrimonium ex Ratione status contractum, cessante ratione illa possit dissolvi? n. 2. sq.
- DE An matrimonium condemnati ad mortem



mortem cum femina intercedente possit dissolvi prae-textu metus? n. 4. sq.  
 An matrimonium possit rescindi, si appareat uxorem esse pauperem? 6. sq.  
 Anne hoc casu contra proxen-

tam agi possit? 11. sq.  
 An matrimonium possit rescindi ob sterilitatem? 13. sq.  
 Coram quo Judice à Statibus Imperii Protestantibus petenda matrimonii dissolutio? 17. sq.

Quam latè olim Jure Romano patuerit divertendi licentia, satis constat arbitrò ex tit. ff. C. de Repud. junct. Nov. 22. c. 4. sq. Nov. 117. c. 10. Nov. 140. Sed cum ea hodie admodum restricta, & ad duas causas, adulterii scilicet & malitiosæ desertionis, reducta sit, fusius aliquantum illi immorari pretium operæ haud duco, & L. B. remitto ad Rittershus, ad Nov. p. 4. c. 7. n. 6. sq. Hoc tantum nostræ tractationis erit, anne matrimonium ita ex ratione status contractum, cessante illa ratione rursus dirimere liceat? Quod omninò negandum: Est enim matrimonium indissolubile vinculum, individuum vitæ consuetudinem continens. §. 1. J. de Pat. pot. & obligatio inde dependens non solo hominum consensu, sed ipsius DEI cumprimis voluntate & instinctu intelligitur contracta, quam, si perfecta sit, nemo mortalium, nisi ex causis Jure divino permissis, tollere potest, c. 5. X. de eo qui cognov. consangv. uxor. c. fin. X. de transact. Richter ad Arb. Hodie C. de Repud. Et hinc, qui condemnatus ad mortem sceminæ intercedenti fidem de matrimonio dedit, postea prætextu metus ab illo matrimonio resilire frustra contendet. Licet enim hoc exinde licitum videri posset, quod non tantum propter metum mortis restitutio detur in integrum l. 7. §. 8. ff. quod met. caus. Sed & alias matrimonium metu contractum sit invalidum; l. 22. ff. d. Rit. nupt. L. 14. C. Eod. c. 14. X. de sponsal. Brunnem. de Jur. Eccl. l. 2. c. 16. §. 3. Dn. Struv. Syn. Jur. Civil. Ex. 29. §. 25. Contrarium tamen omnino verius est, cum poena mortis sub conditione nuptiarum remissa, quæ ante omnia adimplenda, metus hic mortis à judice & quidem jure licito causatus, qui restitutionem non parit l. 3. ff. quod met. caus. Mev. p. 2. dec. 41. & præterea non eo fine incussus, ut matrimonium extorqueatur, quod ipsum tamen ante omnia, ut invalidum judicetur matrimonium, requiritur. Conf. Dn. Stryk. not. ad Brunnem. Jus Eccl. d. §. 3. verb. licet minor

D 3

ff



fit meius. Brunnem, ad l. 22. ff. d. Rit. nupt. n. 2. sq. ibique Sanchez. de matrimo. l. 4. disp. 12. n. 8. Joh. Barth. Herold. Consil. Jur. 2.

- 6 Pari modo si quis intuitu e. g. divitiarum cum persona aliqua matrimonium contraxerit, licet postea eam non adeo opibus instructam deprehenderit, dimittere tamen eam, ac pinguiorem conditionem oblatam, quæ magis statui suo convenire videbatur, arripere nequaquam potest. Est enim hic error circa bona fortunæ, qui tantæ efficacitæ non est, ut obligationem hanc, quo minus nascatur, impedire possit, c. un. c. 29. qu. 1. cum bona fortunæ nec ad integritatem, nec ad substantiam matrimonii quicquam faciant, quin ne spectata quidem à contrahente præsumuntur. Unde & ulterius hoc extendunt, ut ne tunc quidem discedere à tali ex errore contracto matrimonio liceat, licet dolus fœminæ divitem se mentientis, ut juvenem ad nuptias induceret, ei anam dederit. Franzk. ad pr. f. de Nupt. n. 25. sq. Zigler. ad Lancellot. l. 2. tit. 12. §. 3. p. 428. Quod si tamen intra nudos sponsaliorum terminos res adhuc subsistat, & expressè sponsalibus hæc conditio adjecta, si certam summam dotis nomine afferat, si ea impleri nequeat, tuto à sponsalibus receditur, arg. c. 3. X. de Condit. appof. Carpz. Jurispr. Consist. l. 2. def. 22. Dn. Stryk. ad Brunnem. Jus Eccles. l. 2. c. 16. §. 13. verb. sub conditione danda pecunia, quemadmodum & idem ex ratione status placuit in Stat. Hamburg. p. 2. tit. 11. art. 7. ubi rescissio sponsaliorum conceditur, si quis virginem pauperem, quam divitem putabat, sibi desponderit, cum difficile ferè sit marito, uxorem alere, ac reliqua matrimonii onera ferre, nisi uxoris facultatibus nonnihil subleverit. Lauterbach, ad Jus Statut. Hamburg. th. 73.

- 11 Sed cum haud raro per proxenetarum interventum matrimonia concilientur, quorum proprium esse solet, ut pulchritudinem, virtutes, divitias sponsæ ultra verum extollant, si proxeneta majorem dotis quantitatem promiserit, quam solutio deinde respondeat, annon contra proxeneta actio detur, quæritur? Et quidem cum negotium de dote inter sponsum & sponsam ipsam agatur, & sponsus sibi suæque facilitati imputare debeat, quod homini ad machinationem & fraudes proclivi crediderit, actionem mandati aut ex locato non habere locum



cum certum est, actionem tamen de dolo ad interesse, ipsam in matrimonio ineundo non fuisse circumventam, contra proxenetam dari omnino existimo per L. 2. ff. de proxenet. junct. L. 18. S. 4. ff. de Dol. mal. ibique Dd. Perez ad tit. C. de Sponsal. n. 21. Sindeseller de proxenet. p. 2. c. 3. sect. 2.

Alia jam succedit quaestio, an propter uxoris sterilitatem divor-  
tium permittitur, maxime si ratio status id exigat, & metus sit, ne familia defectu proles legitimæ intercitat. Sanè si Romanorum, qui jurabant, se uxores quærendæ sobolis gratiâ habituros, mores inspiciamus, licuisse divortium ex causa sterilitatis patet ex L. 60. S. 1. ff. de Donat. inter Vir. & Uxor. ibique Gothofred. in not. lit. T. ubi varia hanc in rem ex Valerio Maximo & Aulo Gellio allegat exempla. Apud nos verò per dispositionem Juris Canonici, quod hac in parte, scripturæ divinæ consentaneum, sequimur, ex hac ratione divortium non permittitur. Manet enim vinculum nuptiarum, etsi proles, cujus causa initum est, manifestâ sterilitate non subsequatur; ita ut jam scientibus conjugibus, non se filios habituros, separare se tamen vel ipsa causa filiorum, atque aliis copulare non liceat. Quod si fecerint, cum eis, quibus se copulaverint, adulterium committunt, ipsi autem conjuges manent, verba sunt Augustini in c. 27. C. 32. qu. 7. siquidem non liberorum tantum causa, sed propter alios etiam fines matrimonium contrahitur, uti videre est ex c. 41. C. 27. q. 1. add. Carpz. Jurispr. Consi. l. 2. def. 200. Rittershul. differ. Jur. civ. & Canon. l. 2. c. 13. Myler. Gamol. c. 4. S. 13. sq. Equidem non de-  
stituitur exemplis, quod & Christiani Principes ex causa sterilitatis uxoris suis repudium miserint, qualia habet Myler. d. l. S. 9. & notum ex eis est exemplum Henrici IV. Regis Galliarum, ex hac ipsa causa matrimonium suum, ante plus quam viginti annos cum Margaretha Valesia contractum, dissolvi petentis, vid. Perefice in vit. Henr. IV. p. m. 283. Verum non evincitur exinde, sterilitatem justam esse causam divortii, & hinc optimè dicit Forstner. in not. ad Tacit. l. 12. 16. Annal. c. 2. verb. femina expertis fecundatis, esse hoc inter illa, quæ solis sibi licere putant Principes instar privilegii, repudiare uxores formâ, pudicitiam, obsequio probatas quidem, sed steriles.


Quodsi




- 17 Quodsi verò sterilitas uxoris ex ratione status iusta divortii habita fuerit causa, & Princeps Imperii, Augustanæ confessioni addictus, capropter dissolutionem matrimonii petat, quis ibi Judex competens sit, non adèd expeditum
- 18 *sest.* Alii enim hîc Pontificem agnoscunt iudicem, quod per Pacificationem religiosam ejus jurisdictione inter Protestantibus quoad religionis exercitium tantum, non verò quoad causas Ecclesiasticas legatur suspensa, Dillingens. *in Compos. pac.* Sed horum sententia per *Instrum. Pac. Osnabrug. art. 5. §. Jus Diocesannum* satis
- 19 *refutatur.* Alii ad Imperatorem has causas pertinere existimant, innixi non tantum auctoritati Juris Romani *et ff. & C. de Sponsal. & t. r. ff. & C. de Divorc. & repud.* sed etiam exemplis Imperatorum Germanorum ex Goldast. *Monarch. S. R. imp. tom. 2. p. 1393. sq.* Vid. Textor. *ad Recess. Imper. de anno 1654. disc. I. §. 74. sq.* Schubart *de Austreg. c. 5. n. 106.* verum nec ipse Imperator intuitu religionis suæ hic se pro Judice geret, nec Status protestantes eum salvâ religione sua pro tali agnoscunt. Reinking. *de Reg. Sec. & Eccles. l. 3. class. 1. c. 10. num. 34.* Myler. *de Princ. & Stat. Imp. c. 20. §. 19.* Alii hîc Commissariis Imperatoris locum faciunt, ita tamen ut ii ex Principibus Protestantibus constituentur, vid. Myler. *d. l. §. 20.* Bechman. *de foro compet. Imperat. th. 7. num. 109.* ast cum ipse Imperator hoc rerum statu non sit in his causis iudex idoneus, quomodo ejus Commissarii tales erunt, cum delegatorum potestas dependeat à potestate delegantis, *c. 11. & c. 29. X. de Offic. & potest. Jud. delegat.* Alii Camera Imperiali
- 21 hîc fundatam tribuunt jurisdictionem, cum Camera Imp. ex conventionibus omnium Statuum, etiam Protestantium, quibus jus cognoscendi in causis matrimonialibus competit, sit constituta. Mev. *ad Jus Lubec. l. 1. tit. 4. num. 48. & p. 2. dec. 365. num. 6. sq.* Mindan. *de Process. l. 1. c. 10. num. 2.* nupiam tamen hæc potestas Camera tributa legitur, imo potiùs eam à cognitione causarum matrimonialium post conditam jam pacem religiosam prohibitam novimus. *Memorial. Vistat. de anno 1570.* Limn. *ad Jus publ. l. 4. c. 8. num. 92.* Myler. *d. c. 20. §. 19.* Alii ad Austregas recurrunt, cum his competat potestas judicandi de omnibus causis, nisi speciatim reperiantur exceptæ. Limn. *d. c. 8. num. 96.* Mev. *dd. ll. Zigler ad prax. Calvol. §. Austrega concl. 2. num. 1. sq.* fed coram Austregis nullæ aliæ causæ ventilari possunt, quàm quæ per appellationem ad Cameram aliàs devolvuntur, *Ord. Cam. p. 2. tit. 2. add. Schubart de Austreg. c. 5. v. 88.* Reinking *de Reg. & E. l. 3. class. 1. c. 10. n. 42.* Dn. Rhet. *Instit. Fur. publ. l. 4. tit. 2. §. 30.* Alii denique ad arbitros compromissarios, Burgold *ad Instrum. Tar. p. 2. disc. 20. §. 12.* alii ad ipsius Principis Consistorium vel Consiliarios, remisso ipis juramento rem deferendam esse statuunt, Reinking *d. c. 10. n. 51.* Verum hîc uxoris consensu opus est, & alia non exigui obstant momenti. Vid. Dn. Link. *de immediat. 24. Imp. Protest. for. in caus. matrim. sect. 2. n. 23. seq.* ut hinc in tanta opinionum varietate tutissimam viam alii putent esse, si iudicium de hac quæstione tantisper suspendatur, donec publica ejus definitio, aliquoties jam expetita, ex Comitibus Imperii sequatur, Schuz *de Stat. Rei Roman. vol. 2. di. p. 3. th. 13. lit. C. in fin. Vultej. ad L. 1. C. ubi Senat. atque Clariss. n. 49.*

Tantum.




















AC CARCERES IN CAUSA DEBI

sonalis arresti gratia secessionem fecerit eum  
cambiale usu vel lege *haud inuictum*; nihil  
valide cambialiter conveniri posse, docet B  
For. Tit. V. 3. n. 4. p. 137. Conf. BARTH. H  
IV. §. 4. p. m. 833.

8) In litteris cambii *non requiritur jam facta*  
excussio jure Saxonico et aliorum locorum le  
cambium et pactum obligationis ad carcerem  
xonia.

9) In iisdem igitur *nec bonorum cessio liberat a*  
Conf. b. ABR. KAESTNERI disp. *de obligatione*  
*causa debiti.* Lips. hab. 1723. et V. C. IOH. FR  
*de pecunia mutuaticia tuto collocanda.* Cap. II  
jus autor exquisitoria tradit, quam incrip  
promittit.

§. CXVIII.

Obligatio *ad obstagium* etiam ab obligatione  
*rem* est diversa. Illa enim, nomine ante diem ne  
bitor interpellatus *diversorium publicum ingredi*, in  
fiere, donec creditori satisfecerit, obstringitur.  
cum designatum *haud ingreditur*, per sententiam o  
gitur et quidem cum comminatione poenae *des Sch*  
tenia ita habet: *Ist beklagter also fort nach Infi*  
*nach den öffentlichen Gast-Hof N. zubegeben und da*  
*gestellte Einlager zu halten schuldig, mit der Con*  
*dem nicht also nachkommen wird, daß auf den fal*  
*des Schuld-Thurm ietzt alsdann und dann als ietzt*  
*auf ferner gegen ihn ernstlich verfahren werden soll*  
obstadium hodiernum in terris *Sleswico-Holsaticis*, Ha  
re constat. CAROLUS V. Imp. litteris civitati *Gelnhau*  
bus *Spiren*sibus an. 1349. datis se ipse ad obstadium

K 3

77

ius  
ibi  
disc.  
Cap.

rum  
tem  
Sa-

em.  
ex  
um.  
cu-  
este

re-  
de-  
bbi-  
lo-  
un-  
sen-  
sich  
vor-  
er  
affe  
lar-  
ad  
ine-  
ivi-  
vid.  
Ex-

